


115

- 1. *Armenicus, Armenicus* : De viri libris
- 2. *Armenicus, Armenicus* : Causationes sequentes
- 3. *Armenicus, Armenicus* : Causationes sequentes - postea
- 4. *Armenicus, Armenicus* : De actionibus
- 5. *Armenicus, Armenicus* : De actionibus
- 6. *Armenicus, Armenicus* : De consuetudine
- 7. *Armenicus, Armenicus* : Disputatio de actionibus
- 8. *Armenicus, Armenicus* : De actionibus
- 9. *Armenicus, Armenicus* : De actionibus
- 10. *Armenicus, Armenicus* : De actionibus
- 11. *Armenicus, Armenicus* : De actionibus
- 12. *Armenicus, Armenicus* : De actionibus
- 13. *Armenicus, Armenicus* : De actionibus
- 14. *Armenicus, Armenicus* : De actionibus
- 15. *Armenicus, Armenicus* : De actionibus
- 16. *Armenicus, Armenicus* : De actionibus
- 17. *Armenicus, Armenicus* : De actionibus
- 18. *Armenicus, Armenicus* : De actionibus
- 19. *Armenicus, Armenicus* : De actionibus
- 20. *Armenicus, Armenicus* : De actionibus





1618.


1. Armannus, Dominicus: De civitate.
2. Armannus, Dominicus: Conclusiones sequentes.
3. Carpzovius, Praxedis: Quaestiones juridico-politicae.
4. ¹² Formanus, Ursiplex: De aestimationibus.
5. Gryphander, Johannes: De donationibus.
6. Hilligerus, Oswaldus: De consuetudine.
7. Hilligerus, Oswaldus: Disputatio exhibitus materiae fidejussionis, ubi et de Senatus Consulto Valeriano.
8. Hilligerus, Oswaldus: De conditionibus.
9. ¹² Lochmannus, Philippus: De fictione juris in genere et in specie de retractationibus 25ump.
10. Lochmannus, Philippus: De pactis et transactionibus in causis criminalibus.
11. Melchior, Valentinus: Nobiles et illustres controversae sive ad IV libros Institutionum Imperatorum.

12. Melarius, Valentinus: Disputatio juridica. . .
in l. 5 §§ 2, 3, 4, 5 de praescript. verb. et sa fact.
actionibus
13. Melarius, Valentinus: Disputatio juridica
ad l. 50 d. familiae heredisundae, succincta
resolutione conformata.
14. Melarius, Valentinus: De legitime testamento-
rum factioe factorumq. infirmitate.
15. Pfefferkorn, Innocentius: De tutelis.
16. Pfefferkorn, Innocentius: De servitutibus realibus
17. Pfefferkorn, Innocentius: De emptione. venditione
18. Pfefferkorn, Innocentius: De successione ab intestato.
19. Pfefferkorn, Innocentius: De nuptiis.
20. Riemer, Valentinus: De mutuo.
21. Riemer, Valentinus: De iudicio in genere.
22. Theronius, Petrus: De legitima liberorum

parentum et fratrum vel sororum.

23. Theodoricus, Petrus. De rebus

24. Wassmundt, Nicolaus. De publicis judiciis



7407.

TRISAGIO adminiculante NUMINE

M

AS

CONCLUSIONES

2

SEQVENTES,

1618, 2

QVAS

Permissu, & decreto Magnifici
J.C. ordinis illustris Academiae Salanae,

P R A E S I D E

Dn. DOMINICO ARUMÆO

J.U.D. Antecessore publico, & Scabinatus Jene-
sis, ac Curiae provincialis Adessore, nec non Prorectore,
promotore, ac fautore summo observan-
tiae cultu colendo.

P R O

*Utroque in jure Doctoris summo gradu & honore
consequendo, publicè discutiendas proposuit ad
diem 19. Junij.*

M A G N U S Kragen Dresdensis.

Veritas nulla re commodius, quam sobria modestaq;
disputatione ex illo, in quem eam demersam esse aje-
bat Democritus, puteo educi potest.

J E N A E

20.

Excudebat Johannes Weidner.

Anno ΘΕΑΥΘΕΩΠΣ M. DC. XVIII.

39.



*Amplissimo, Consultissimo, omni honoris &
eruditionis ornatu florentissimo, multoq; rerum usu
& experientia prestantissimo Viro*

Dn. JOHANNI RENTZELIO
U. J. Doctori, supremæ Curia Electoralis,
quæ Lipsiæ est, Advocato ut meritif-
simo, ita dignissimo, nec non
Practico eximio,

Et

Prestanti ac prudenti Viro

Dn. DANIELI Kragen inclytæ Dres-
densium Reipublicæ Senatori vi-
gilantissimo,

Ac

Clarissimo & integerrimo Viro

Dn. MARCO Rölingæ Juniori.

*Dominis meis, patronis, socero, Patruo
& Promotoribus summa animi obser-
vantia & reverentia suspiciendis.*

Legale hoc μελέτημα in gratæ men-
tis σύστασι & debitæ observan-
tiæ ἀποτίμησι

devotè offert

MAGNUS Kragen



CONCLUSIO I.

An factum sive conjecturalis status ad Iuris peritos pertineat?



Et si periculosa alex plena est hæc quaestio, nostrum tamen calculum negativæ adijcimus sententiæ, ratio firmissima & intima est ex l. 13. §. uxore 1. ff. de ann. legat. in verb. non posse absolutè responderi, cum multa oriri possint, quæ pro bono sint æstimanda. Ideoque hujusmodi varietas viri boni arbitrio dirimenda est, h. e. facta non rectè decidi possunt, nisi prius singulis & universis circumstantiis quæ omnes in legem referri nequeant, cognitis atque probè examinatis Hot. lib. 6. obs. 21. Quæ cum ita sint, quid opus est hæsitatione? Etenim in d. §. uxore expressè dicitur, hujusmodi varietatem viri boni arbitrio dirimendam esse. Unde si textus clarus apertusque, nihil porro est dubitandum, quin ei ambabus, ut dicitur, manibus subscribamus Bald. in l. ancilla 12. n. 2. C. de furt. Francisc. Viv. decis. 6. n. 1. p. 1. Hinc & facta legislator divinare non potest, quæq; facti sunt & in facto consistunt, non præsumantur c. cum in jure extr. de offic. & potest. judic. de leg. c. 1. de constit. in 6. l. asseveratio C. de non numer. pecun. l. 1. C. de probat. l. quacunque 13. in fin. ff. de Public. in rem act. non obstante contraria sententia, qua enim penitiùs introspecta, patebit eam tanti ponderis non esse, ut à vera nostra opinione quenque seducere queat. Et si enim Africano in l. qui negotia 34. in pr. ff. Mand. facti species proposita fuerit, tamen non de facto, sed de jure iste consulebatur. Quapropter quando de facto litigantes consentiunt, & de jure

disceptant, illa quaestio ad Jurisc. remittitur, ut licet cognoscere
ex libris quaest. & respons. Papiniani, Pauli & Africani. *Duaren.*
in l. in his 66. §. servis 1. ff. solut. matrim.

I I.

Jura constitui oportet in his, quæ ἄπὸ τῶν πλεῖ-
στον accidunt, non quæ ἐν παραλόγῳ.

l. 3. & 3. seqq. & ibi Bar. ff. de ll. & l. antiqui 3. ff. si pars hered.
pet. in verb. prudentissimi juris auctores medietatem quan-
dam secuti sunt, ut, quod fieri non rarum admodum potest,
intuerentur; quod enim semel aut bis existit, prætereunt le-
gislatores. Exemplum Ferrarius & Cujacius adducunt ex
Novell. 94. c. 2. in qua Justinianus matrem ad liberorum im-
puberum tutelam vult admitti, licet illa jusjurandum jura-
verit, quod ad secundas concupiscentias non ventura sit,
ne fenestra perjuriis aperiatur. Etenim raro hujusmodi jura-
mentum foeminae servare solent. Quod autem raro fit (sicut
etiam vetus sapientia docet) non observant legislatores; sed
quod plerunque accidit, & respiciunt & meditantur. Qua-
propter & laudatur ille ex septem Græciæ Sapientibus & Athe-
niensium legislator Solon rogatus, cur nullam in parricidas
pœnam constituerit, nobilem illam edidit vocem: Se non pu-
tare talem, qui eo se inquinaret crimine; reperiri posse *Ant. Fab.*
in rational. ad l. 6. ff. de ll. Inde etiam *Costal.* legem de eo: Num.
excitatus à mortuis bona & uxorem suam recipiat, non esse
ferendam existimavit. Hinc doctus quispiam homo Juriscon-
sultorum quorundam sciolorum de Lazaro, an ipsius testamen-
tum, postquam ille revixisset, valuisset, disputantium hujusmo-
di ineptias festivo commento de asino, quod videatur in locis
communibus *Manly 7. præcept. Decalog.* deridere consuevit. Ob-
ijcitur *l. si major 12. C. de legit. hered.* ubi, si major quinquage-
naria partum, qui mirabilis dicitur, ediderit, sancitum, sobolem
suo patri succedere, & ejus hæreditatem nasci. Quod objectum
à variis variè excutitur. Aliter ab *Alciat. lib. 2. disjunct. c. 8.* Aliter à
Donello lib. 1. comm. c. 15. & Christophoro Porcio ad §. Insula 22. f. de
acquir.

atquir. rer. dom. n. 5. Cujus vestigiis insistit Coraf. ad d. l. 3. num. 3.
qui etiam aliam profert solutionem. Aliter à Forcat. in comm.
6. n. 6. ff. de J. & J.

III.

Num Dux, Marchio, Comes sine superioris consensu statutum facere possit?

Affirmantium sententia nobis arridet, & quidem rectissime, si non interest superioris, ut, si juri publico non obviet, nec principum edictis repugnet l. 2. ff. de offic. pras. prat. illius auctoritas non desideratur argument. c. 1. de constit. in 6. & c. quod super 9. extr. de major. & obed. l. prater 3. §. Divus ff. de sepulc. viol. Bart. ad l. nulli 3. ff. quod cujuscunq. univers. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 6. n. 11. Sebast. Medic. in tractat. de ll. & statut. part. 1. quest. 21. & 23. Notum autem est constatque omnibus, Duces, Marchiones, Comites leges condere quoad suum Ducatū, Marchionatum, Comitatum Petr. Anton. de Pet. tract. de jur. quas. non tollen. c. 6. p. 2. n. 74. Marc. Anton. Peregr. de jur. fisc. lib. 1. tit. de ijs, qui jur. fisc. hab. n. 76. cum seqq. Dec. cons. 516. n. 3. 4. vers. 2. Dauth. de testam. n. 86. Vasq. 1. illust. cont. 47. Quid olim fuerint nomina Ducum, Marchionum & Comitum, videatur Cujac. lib. 1. tit. 1. de F. Exemplum reperire licet apud Duar. in comment. feud. c. 6. n. 8. Quomodo ista vocabula in jure feudali accipiantur, textus est in c. 1. & ibi Dd. quis dicat. Dux, Marchio & c. Curt. Jun. tr. feud. p. 2. rubr. de feud. Laic. n. 2. Peregrin. Janin. de citat. real. lib. 1. c. 1. n. 768. De ordine Ducum videatur Vult. lib. 1. F. c. 4. n. 14. de origine Marchionis Petr. Heig. p. 1. quest. 2. n. 57. Hotom. de verb. feud. verb. Marchiones, Matth. Stephan. de jurid. p. 1. lib. 2. c. 6. num. 91. Lazius in comm. Reip. Rom. lib. 1. c. 2. Comitum Francisc. Sonsbecc. de feud. p. 6. c. 7. & 8. Par. de Puteo tr. de Duell. §. an Comes lib. 7. Jacob. Cujac. ad tit. de offic. Comitum sacr. largit. & in comment. ad consuetud. feud. lib. 1. tit. 1. Apud Feudistas quid Comites sint, est in c. unic. §. si iudex de pac. rewend. & in c. 1. si de investit. int. dom. & vasall. Peuc. Chron. lib. 5.

A 3

lib. 5.

39.

lib. 5. Petr. Heig. quest. jur. civ. & Saxon. p. 1. quest. 2. n. 43. Sed II. universales condere summæ Majestatis caput est l. ult. §. 1. C. de legib. & soli Imperatoris dignitati & præminentie competit. §. sed & quod principi 6. Inst. de J. N. G. & C. l. ult. §. 1. C. de ll. Bodin. 1. de Republ. c. 10. & lib. 3. c. 1. Vult. de F. c. 5. n. 7. Baro ad l. 9. ff. de LL. videatur discursus de lege Regia Thome Lancij Austrij. Manifestissimum enim est id ipsum populum Romanum in Principem, qui dicitur angelus magni Consilii Damb. in prax. rer. crim. c. 82. n. 41. transtulisse lege Regia, ut locuples sat testis est ipse Justinianus in d. §. sed & quod principi 6. J. de J. N. G. & C. Quo tempore autem ista lata sit habent Dion. lib. 54. Tacit. lib. 1. Barclai. lib. 3. de iur. regn. c. 15. quo revocata, legantur Just. Eccard. in tract. suo de L. Reg. Matth. Stephan. lib. 2. de jurid. p. 1. c. 1. n. 73. Quapropter & id Imperatoris ossibus adherere Molin. Consuet. Paris. tit. 7. §. 3. gloss. 4. n. 16. & à summa Majestate minùs, quàm radii Solis à Sole, separari dicitur. Paurm. de jurid. lib. 1. c. 21. n. 1. licet hæc generalis legislatio non sine Procerum Imperii, id est, Electorum, (quos inter alia Elogia in aurea Bulla c. 2. 3. 12. & ult. Imperator vocat columnas ac Imperii luminaria, propinquiora sua membra, partem corporis sui & latera solidasque Imperii bases) Principum & Civitatum Imperii consilio & assensu fieri nequit. Hoc verò nihil impugnat, quin status Imperii sit Monarchicus, sed Aristocraticus, ut quidem Bodin. lib. 2. de Republ. c. 6. exinde se hujus opinionis defensorem fundit, & Præsul Moguntinus deliberatione de Carolo V. deligendo expresse illam Aristocratiam nominare ausus fuit. Nam Agell. lib. 4. c. 10. & lib. 14. c. 17. Romanos Principes eâ diligentia, ut suffragiis dicendis, qui primò sententiam rogati dicerent, Senatus crearent, fuisse usos affirmat. De qua re pluribus agit Walth. 1. misc. 29. & Heig. lib. 1. quest. 2. n. 17. & seq. idem testatur, quòd Romani pleraque graviora ex Senatus consilio egerint. Quod idem factum est à Lacedæmoniis Albin. in famil. Wittikin. fol. 81. & adhuc fit in Hispania Pet. Bellung. in spec. princ. rubr. 2. n. 2. in Gallia Horomann. de ant. quit. Gall. jur. c. 23. Stephan. Jun. de jur. Magistr. in subd. q. 6. in Polonia Aug. Thuan. lib. 56. hist. de ann. 1573.

10

In Scotia Arniseus 18. polit. Buchan. de jur. regn. apud Scot. Quid-
ni Imperatores Romanogermanici? Hinc & Imperator in Au-
rea bulla d. c. 3. addit, eos (scilicet Electores) sacrum ædificium
circumspectæ prudentiæ solerti pietate sustentare, suo præsi-
dio dextram Imperialis prudentiæ roborare, suaque prudentia
orbi fluctuanti subvenire. Quid? quòd jura Majestatis ab Im-
peratore in solidum pendeant, etsi Monarchiarum statux juxta
visionem Propheticam habeant pedes partim luteos, par-
tim ferreos. Satis igitur elucescit, quemadmodum
Imperium Romano-Germanicum Monarchiæ nomen mereris
ita etiam leges generales condere ad solum Imperatorem spe-
ctare. Nec prætermitto id, quòd J.C. fuerint juris auctores
l. mora 32. in f. pr. ff. de usur. qui interdum simpliciter vocantur
auctores l. fin. § fin a. 3. vers. nos itaque C. de curat. furios. & veteris
sive antiqui juris conditores l. si furiosi 25. C. de nupt. l. nulla 23.
C. de procurat. Cujac. lib. 7. obs. c. 25. Juris interpretes l. 1. § nostram 12.
C. de vet. jur. enucl. legum Professores l. 2. § eadem 22. in f. dt. &
l. 1. § proinde 5. ff. de variis & extraordin. cognit. Magistri & Dd. l. ma-
gistros 7. C. de Professor. & Medic. & Antecessores § cum 94. in pro-
æmio Inst. & ibi Aldobrand. n. 34. quibus legum conscribendarum
autoritatem sacratissimi Principes præbuerunt l. 1. § jubemus 4.
C. de vet. jur. enucl. Justinianus qq. jus à prudentibus conscri-
ptum leges appellat l. 2. § tanta 10. C. de vet. jur. enucl. Etenim
quicquid horum consilio fuit ordinatum, id ad Imperii sui bea-
titudinem & gloriam redundare cognoverint Imperatores l.
humanum 8. C. de legib. Sed istam legum figendarum autorita-
tem Jurisconsultis primùm Justinianus anno Christi 529. per-
misit & servavit ut patet ex d. l. fin. (quam eodem anno 529. la-
tam esse testatur Cont. in Chronol. sua) C. de ll. ubi Imperator in-
fine inquit: Nihil hac lege derogante veteris juris conditori-
bus, quia & eis hoc Majestas Imperialis permisit, & l. 1. § 4. C. de
vet. jur. enucl. monet, auctoritatem conscribendarum interpre-
tandarumq; legum sacratissimos Principes præbuisse. Idem Ju-
stinianus a omne jus omnemq; potestatem populi Romani le-
ge antiqua, quæ regia nuncupatur, ad se transtulit, ut ait in §.

sed & 7. de concept. ff. & idem reiterat in §. tanta 10. tit. de confirm. ff. nec prudentum interpretatio jus generale constituebat, nisi summam potestatem habens illam approbaverat, iisque jura condere permiserat §. responsa Instit. de J. N. Revard. in lib. 1. de autorit. prud. c. 14. Pac. lib. 1. assert. 8. Polonniet. in lib. sing. de leg. c. 34. n. 9. & seq. Si igitur Respublica est ordo, in quo Majestas dominatur subditis; penes quem autem est dominium, penes eundem etiam collocari debent instrumenta dominandi, quæ sunt leges & scita superioris: Cur non Duces, Marchiones, Comites sine superioris autoritate statuta sive leges locales, cum isti tantum possint in sua ditione, quantum Imperator in Imperio Wesenb. p. 1. conf. 27. n. 29. Gothofr. ad d. l. fin. Vasq. 1. illust. contro. 47. facere possint, si juri publico & communi non sint contraria Bart. ad l. 9. ff. de L. Rhod. sin adversentur, non valent, nisi accedente Principis confirmatione l. 9. ff. de L. Rhod. l. ult. in f. C. de legib. Etenim Imperatores (ut & de se testantur Ludovicus IV. & Fridericus Pulcher Imp. ut videre est apud Cuspianum in Austria) totius mundi sunt domini d. l. deprecatione 9. ff. ad L. Rhod. de jact. l. bene à Zenone 3. vers. qui n. C. de quadr. prescript. l. si duas 6. §. est autem ff. de excusat. Apr. proc. p. 1. c. 5. obs. 3. n. 30. 31. 32. & p. 2. c. 9. obs. 1. n. 2. 3. Bart. ad l. 9. ff. ad L. Rhodiam de jact. quorum placita non immeritò legis vigorem habent l. 1. ff. de constit. princ. Vocula autem mundi sive orbis intelligitur civiliter de iis, qui subsunt orbi Romano arg. l. in orbe Romano 17. ff. de stat. hom. Multæ namque fuerunt provinciæ in universo mundo vel nunquam à Romanis devictæ vel exemptæ Pruckm. in §. soluta potestas c. 3. n. 118. Covarr. in c. peccatum p. 2. §. 9. n. 5. de R. J. in 6. Et aliàs in jure nostro non est infrequens, verba secundùm subjectam materiam intelligi l. in lege 29. ff. locat. l. 78. l. 204. l. 215. de V. S. Pruckman. conf. 14. num. 90. Cujus rei egregium etiam exemplum extat in l. ex conducto 15. §. Papinianus ff. Locat. & in l. licet 8. C. eod. Philipp. Matth. in ult. tit. ff. l. 67. n. 6. 7. Quæ cum ita sint, Duces, Marchiones, Comites leges quidem locales ferre possunt, sed non contra superioris voluntatem, nec quæ in illius præjudicium redundant Novell. 143. in pr. c. cum accessissent 8. §. quocirca extr. de constit. c. 10. extr. de consuetud.

IV. In

In casu necessitatis publicæ an principiliceat jus tertio quæsitum eripere, disquiritur?

Verior & tutior est affirmantium sententia, propter argumentum urgentissimum ex l. item, si verberatum 15. §. 1. & 2. ff. de rei vindic. l. 11. ff. de Eviēt. Harm. Pistor. in quest. 40. n. 43. lib. 2. quest. jur. Antonin. tessaar. in decis. 15. n. 5. In quam opinionem declinat etiam Zas. veluti ex iis, quæ notat ad l. princeps 31. n. 19. & 22. de LL. cognoscere licet. Quid? quod merces nondum habens venales ob annonæ inopiã tempore charistiæ ad venditionē frumēti & aliorū victualiū cōpelli potest arg. l. 1. §. 11. ff. de offic. præfect. urb. l. Si pēdētes 27. §. si quid cloacarij 3. & ibi Bald. Ang. & alii Dd. ff. de usus. Joh. Kopp, decis. 59. n. 6. Gomez. tom. 2. var. resol. c. 2. n. 51. justo tamē & certo pretio refuso, quod æquitati, rationi & justiciæ consentaneum est, ne subditus absque sua culpa invitus re & pretio careat l. venditor 13. §. si constat 1. ff. comm. prædior. neve princeps tempestatitis potiùs, quàm potestatis plenitudine utatur, ut præclare monuit Zasius cons. 10. n. 7. vol. 2. Etenim omnis potestas intra fines justiciæ conclusa esse debet l. justicia 10. ff. de iustic. & jur. nec quodvis placitum principis vigorem legis habet, sed illud demum, quod juri & legibus conforme est nec in alterius læsionem tendit, quemadmodū id eruditè demonstrat Didac. Covarr. in c. 6. n. 8. lib. 3. variar. resolut. Quippe tanquam parcœmia quædam in ore est tritum ac vulgare illud: Publicam utilitatem privatæ anteponendam esse l. 1. & ibi Duar. ff. solut. matrim. l. 4. ff. de nov. oper. nunciat l. si quando 9. l. edificia 14. C. de operib. publ. l. unic. §. hec autem 14. C. de cad. toll. de l. 1. §. jura. 11. ff. de offic. præf. urb. l. 5. §. ult. ff. de injur. Fachin. in c. 63. lib. 8. controuv. jur. Hartm. Pift. lib. 1. quest. 37. n. 16. Donel. ad l. pen. ff. de contrah. emt. & Coraf. lib. 7. misc. c. 20. Perabsurdum igitur foret, legem publicæ utilitati utilem nostra interpretatione coarctare l. hoc modo 64. in f. ff. de condit. & demonstr. Quam sententiam communi Dd. calculo comprobata esse

B

testatur

estatur Gail. lib. 2 ob. 56. n. 1. Dissent. Pruckm. in tractat de Regalib. §
soluta potest. c. 4. eff. d. 5.

V.

Quæstio ambigua tam Theologo-
rum quàm Jurisconsultorum disquisitio-
nibus celeberrima : An Magistratus ca-
pitali supplicio in hæreticos animadver-
tere debeat ?

Negantium castra sequimur. Nam si Affirmantium sen-
tentia potior esset & sanior, pugnaret. cum Christi interdicto
Matth. 13. vers. 3. Sinite pariter crescere Zizania & triticum
usque ad messem. ne dum colligitis Zizania, eradicitis simul &
triticum, ut & *Luc. 9. v. 54. 2.* Cum praxi veteris Ecclesiæ &
Conciliorum, quæ præcipuos illos hæresiarchas Arium, Ne-
storium atque Eutychen, legitimè & sufficienter convictos,
à communione quidem excluderunt, igni tamen tradendos, vel
à Magistratu ad ultimum supplicium trahendos esse non judi-
carunt.

3. Hæc esset invasio alieni officii. Officium n. illud de-
stinatum est Angelis, qui dicuntur messores *Matth. 13. v. 30.* &
Cypr. ait : Vasa fictilia confringere soli domino concessum
esse, cui etiã data sit virga ferrea *Dissent. Menoch. lib. 2. de arbit.
judic. cas. 374. Jul. Clar. lib. 5. sent. ad §. hæresis n. 8 Zanch. tom. 1.
Miscell. p. 280. 292. Bez. l. de hæret. à Magist. puniend. vol. 1. fol. 150. &
seqq. Bucan. in instit. p. 820. Joann. Calvin. l. contra Servet. D. Bullinger.
in suis decad. & in Dial. cont. Anabapt. l. 3. Nec non sinit quiescere
nos dictum *Joann. 15. vers. 6.* quod tamen loquitur de igne in-
fernali *Zaf. lib. 1. cons. 23 n. 3. & Junct. isalu in tract. de hæret. Cbirland.
a. in tractat. de hæret. quest. 5. n. 3. & Gomez. tom. 3. variar. c. 2. n. 1. volunt
de jure civili proditam esse pœnam ignis per l. Ariani 5. in pr. in
verb. ultimo supplicio tradendis C. de hæretic. quæ lex potius de
exilio**

exilio & relegatione, quàm de conrematione intelligenda; ut
liquet ex præcedentibus quæ proculdubio restringunt sequen-
tia arg. l. fin. §. cui dulcia ff. de trit. vin. oleoq. leg. ubi: Si ita esset le-
gatum vinum amphorarium & dulcia omnia, nihil inter dul-
cia, nisi quod potionis fuisset, legatum putat Labeo ex collatio-
ne vini amphorarii. Non obstante, exempla regulam non re-
stringere. Nam licet illa non restringant, tamen declarant
l. prætor §. Julianus quoties ff. de coll. bonor. In defensione proces-
sus de non occidendis hæret. advers. lib. 4. Polit. Lipsii probatur,
seditiosos tantùm & turbidos hæreticos occidi debere. Verùm
locus est poenitentia l. fin. vers. sed quia C. de summ. Trinit. Chir-
land. in tract. de hæret. quest. 5. n. 1. per l. 4. §. 6. de hæret. & per c. 9.
X. de hæret. Coras. lib. 3. misc. c. 8. n. 6. August. ad Bonif. refert.
singulos hæreticos decem libris auri multari. Gelas. Papa exi-
lio damnavit hæreticos. Hieronymus docet, ressecandas esse
putridas carnes, ita inquiens: Ressecandæ sunt putridæ carnes,
& scabiosa ovis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, &
corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant & intere-
ant. Nectimus denique talem consequentiam, quòd poena
ignis consuetudine potiùs, quàm jure recepta videatur. Pet.
Gregor. lib. 33. c. 8. jur. uniu.

V I.

Si quis certum genus contractuum in
quadam civitate elegerit, nū pro subdito
aut incola æstimandus est?

L. Si in patria 5. C. de incol. Goedd. ad l. 203. D. de V. S. Etenim
Sola domus possessio domicilium non facit l. 17. §. 5. ff. ad muni-
cip. l. 4. C. de incol. Sed animi quoque destinatio & contesta-
tio consideranda l. 27. §. Celsus 2. ff. d. t. Jacob. Menoch. de arbitr. ju-
dic. l. 2. cas. 86. Wes. p. 1. consil. 1. n. 56. Decii cons. 283. n. 11.

V I I.

Mora ex re sibi locum vendicat in

B 2

causis

causis minorum, (a) in dote, (b) & in obligationibus in diem contractis. (c).

(a) *l. in minorum 3 C. in quib. caus. in integr. restit. necessar. non est.* & *l. cum vero 26. § apparet 1 ff. de fidei comm. libert. Borch. c. 3. de usur. n. 21.* Verbum Minoris variè in jure accipitur: aliter in *l. quique 4. ff. de in jus voc.* & in *l. si infanti 18. ubi Bald. Bart. Jaf. & alii C. de jur. deliberand. Alciat. in l. pueri 20. ff. de V. S. Socin. in l. 1. § adipiscimur. n. 3. ff. de acquir. poss.* Aliter in *l. 1. ff. de minorib. Masc. vol. 2. conclus. 1062. n. 5. Angel. in summ. verb. minor.* Aliter in *c. in presentia & ibi gloss. & Dd. de probat.* Sed utut sit, minorib. 25. annis in re mora nunquam non fit. In causa a. est ipse minorum ætatis favor, qui usuras generat *l. 5. C. de actionibus emt.* Etenim hoc genus ætatis sua sponte est infirmum, & aliorum libidine infestum *Cic. pro M. Celio.* Quinimò in ejusmodi personis est infirmitas judicii, intellectus & constantiæ, imbecillitas ætatis, lubricitas consilii, & laborant contra propria incommoda *l. 1. ff. de minor.* ac ætas hæc nescit, quid agat; visa ignorat, nec discernere novit *l. 1. C. de fals. monet. l. pupill. 189. ibi Dec. n. 1. ff. de R. 7. patiturq; defectum consilii & judicii, quia illud lubricum est & infirmum l. 3 § lege Julia ff. de testib. l. 2. C. de filios. min.* Omnino igitur est providendum ne eorum ætatis fragilitas in suæ substantiæ perniciem convertatur. Hinc & lex minoribus læsis in contractibus celebratis ob naturalem æquitatem, quoniam ipsi multis captionibus suppositi sunt, multorumq; insidiis expositi, succurrit *d l. 1. ff. de minoribus l. non eo minus 14. C. de procurat.* atque restitutionem in integrum, quam implorare debent, indulget *l. si curatorem 3. C. de integr. restit.* Verùm hoc beneficium moræ videlicet ex re usque ad legitimam ætatem ad annum 25. impletum tantùm durat, Ratio suasit: Cessante enim causa privilegii, exolet simul privilegium *c. cum cessante 60. X. de appell. l. Titia Seio § usuras ff. de legat. 2. l. generaliter 52. vers. eos tamen C. de Episc. & Cler. Tiraquell. in tractat. cessant. caus. part. 1. n. 11. & 12.* & ratione cessante, cessat ipsa legis dispositio *l. adigere ff. de jur. patron. l. quod dictum 32. ff. de pact. Roman, in Auth. similiter C. ad L. Falcid.*

*Falcid. Cacheran. decis. 14. n. 3. Nic. Everh. in loc. à cessant. rat. n. 2. muta-
taq; juris & personæ causa, & ipsum jus mutatur l. unic. C. de im-
pon. luc. Quo n. tempore exacto, naturalis vigor compleri cen-
setur, adeò ut tùm demum quis & major & vir, quoniam major
esse, & habere perfectam ætatem, nisi fortè ætatis venia impe-
trata sit, non habetur, dici queat per d. l. 1. ff. d. minoribus & ibi per
Bart. junct. not. in l. fin. C. de his, qui veniam etat. impetran. Et hoc est,
quod celebratissima juris regula efflagitat: In omnibus causis,
ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea,
beneficium quoque deficere l. 68. ff. de R. 7. Quæ cum ita sint, no-
tabiliter sequitur, illud expirare, nec usuras ex mora in re facta
minorennibus antè debitas, majorennibus factis (hoc est, si an-
num 25. tetigerint, ejusdemq; metas impleverint) amplius debe-
ri, sed currere desinere, nec reviviscere, nisi interpellatione in-
terposita d. l. Titia Seio §. usuras & ibi Bart. de legat. 2. Secus si adhuc
minores sin^t, tunc moræ ex re effectus perdurat. Nec in contra-
riam nos rapiet opinionem l. cum quidam 17. §. si pupillo ff. de usur.
Nam quòd ibi pupillus tutorem non habuerit: nec pupillo sine
tutoris autoritate solui possit, quis non videt §. ult. Instit. quibus
alien. non lic. l. pupillo 15. ff. de solut. Quomodo igitur ei, qui solvere,
etiam vellet, non posset, quid imputandum d. §. pupillo (b) si pro-
missor extraneus, transacto biennio l. ultima §. propterea 2. C. de
jur. dot. Ludov. Roman. in l. de divisione 5. ff. solut. matrim. Si non extra-
neus, sed mulier illam promittat, tunc à tempore contracti ma-
trimonii in mora constituitur d. §. præterea 2. l. ult. C. de jur. dot.
quæ quamvis loquatur de extraneo, ratione tamen constitu-
tionis moræ vix mulier ab eo secerni potest, & quidem mulie-
rem major quadam ratio constringere debet, quia maritus ma-
trimonii onera sustinendo non extraneo, sed ipsi mulieri con-
tractum, adimplet, quoniam extraneus pro dote nihil percipit,
sed in uxoris commodum maritus onus matrimonii sustinet &
sentit l. actione 65. in f. pro Socio l. quamvis in bonis 75. l. 7. ff. de jur.
dot. Et licet mulieris nomine dotis promissor solvat, & libera-
tio solutione contingat l. solutam 49. ff. de solut. §. 1. Inst. quibus
mod. toll. obligat. interest tamen, an ab ipsa muliere, cujus res*

B 3

princio

principaliter agitur, an verò ab alia dos sit promissa *d. l. ult. §. præterea C. de jur. dot.* Nec tacita dotis fructuum donatio induci potest, cum nemo in dubio donare, suumq; jactare præsumatur *l. cum de indebito 25. in pr. ff. de probationibus* (in cujus legis sensum *Johan. Koppen in decis. quest. 14. n. 1. & 2. nec non Modestini. Pistoris in illustr. quest. 30. n. 39. & seq. par. 3.* complures alios textus & | Ctorum quoque auctoritates adducunt) *Bald. in. l. 2. n. 2. C. de jur. dot.* Quippe & maritus dotis fructus titulo oneroso propter onera matrimonii habet, quoniam emtor ac maritus dicto sive prælibato titulo æquiparantur *l. ex promissione 19. ff. de oblig. Jas. in dl. de divis. n. 13.* Sed in uxoris commodum maritus onus matrimonii sentit *l. actione 65. in f. pro soc. l. quamvis in bonis 75. l. 7. de jur. dot.* Quapropter necessario apud maritum emolumentum potestas sit *d. l. quamvis in bonis.* Anne & id summa æquitas suggerit? Merito. Nam. 1. à tempore contracti matrimonii maritus illius onera subire incipit, in quorum vicem sive substitutionem cum dos concessa sit, magna ratio suadet, ut cum oneribus ea incipiat. Etenim natura dotis est, ut onera matrimonii supportentur, & nisi illius oneribus seruiat, dos nulla sit *l. si pater 76. §. ibi dos ff. de jur. dot. 2.* Jure notissimo comparatum est, judicium de dote etiã quoad maritum contra uxorem b. f. naturam sapere, ut glossa habet in *d. l. de divisione*, quæ Dd. consensu, à quo hinc caula nulla est cur discedatur, recepta est & communiter approbata *Schneid. ad §. fuerat n. 10. §. de action.* Nam in eo (videlicet judicio de dote) de fructibus promissæ dotis reddendis agitur; ideo & illud æquitatem omnino præ oculis habere necessum est. *L. Sed etsi ideo ff. solut. matrim.* quæ hoc dicit, ut fidei observantia non solum in aliis, verum etiã in dote scil. favorabili, & nō una ex causa privilegiata *l. unic. C. de privil. dot.* Sine pœna vili pendatur Dn. Arum. præceptor mihi plurimum colendus in *tractat. de mor. c. 4. n. 58.* Quin quod fortius? Si actio, quæ mulieri, dotem, soluto matrimonio, repetenti datur, est b. f. ut patet ex *d. §. fuerat 29. l. de actionib.* ex correlativorum natura proba est collectio actionem, etiam marito competentem in uxorem, esse b. f. Etenim ea ad imparia nō judicantur, ideoq; dispositio loquens de uno, puta de marito, extenditur ad uxorem, & contra: nisi evidens

deus diversitatis ratio appareat l. 1. C. de Cupress lib. 11. l. Julian. 13. §. si procurator 25. ff. de act. emt. l. fin. C. de ind. viduit. toll. Bart. in l. 1. in f. v. pono unum casum ff. quod met. caus. & in dl. fin. C. de ind. vid. toll. Bald. in aut h. quas actiones & in aut h. si quas ruinas in 2. col. C. de SS. Eccles. & in l. fin. ff. de accept. Alex. cons. 131. n. 2. vol. 5. Curt. Jun. cons. 6. in pr. Hipp. de Mars. in l. si quis viduam 5. n. 12. ff. de quaest. Jas. in l. qui condemnare n. 9. ff. de rejud. & in d. §. fuerat n. 14. Gib. Rom. lib. 6. de LL. & constit. conclus. 3. n. 2. Eberhard. in loc. à correl. 11. 1. & seq. Dissent. Cujac. in consult. 16. & Castrens ad d. l. de divis. per d. l. fin. §. prater ea 2. C. de jur. dot. quorum vis facile infringi potest. Etenim quaestioni: An actio competens marito ad dotem ab uxore petendam sit b. f. an stricti juris? causam & fomentum praeberunt sub obscura constitutionis verba §. sed & si non ignoramus C. de rei uxor. act. Duar. ad d. l. §. salut. mat. 3. Dotis datio est contractus l. contractus 23. ff. de R. J. l. exigere 65. ff. de judic. Cujac. in parat. ff. de jur. dot. ultrò citroq; obligatorius, eò quòd sicuti maritus ad onera matrimonii subeunda, pari modo ad dotem promissam dandam uxor teneatur, & consequenter totius dotis fructus mariti lucro sint l. pro onerib. C. de jur. dot. l. dotis fructum 7. ff. d. t. Ex quo hoc fit planissimum, nisi calumviemur, illà eo ipso quòd maritus ex sua parte contractum impleverit, in mora constitutam censerì arg. d. l. Julian. §. ex vendito de actionib. emt. d. l. curabit C. eod. Qua ergo veluti praemunitio- ne constituta, non mirum, usuras ex mora contracta in dote solvenda deberi. Anton. Bayer. in tract. de mor. part. 2. n. 14. Men. de arbit. jud. cas. 226. n. 23. Dissent. Alberic. ad d. l. de divis. 5. ff. sol. mat. asserens neque uxorem neque alium promissorem dotis, nisi per interpellationem in mora constitui. Quam opinionem qq. tenent Alexand. Fulgos. Jas. Cost. ad l. 5. ff. solut. matrim. Zas. 2. sing. intellect. c. 19 (c) Eodem pacto in obligationibus in diem contractis illius lapsu gressuq; tacito debitor in mora constituitur, & citra ullam admonitionem usurarum stipulatio committitur l. magnam 12. C. de cōtrah. & commit. stipul. l. 2. C. de jur. Emphyt. ubi ex postulat, ut debitum, non expectata admonitione, spontanea voluntate persolvatur l. si fundus 4. §. ult. ff. de L. Commiss. l. pecun. 9. & ibi Cost. §. 1. ff. de usur. Ferret. in tract. de mor. u. 21. Duar. in l. ad diē 77. ff. de V. O. & Forcat. n. 7. part. 1. & n. 4. p. 3. Hinc & Calēde in quarū diē veteres olim usuras stipulabatur, tristes & misera dicebāt, eò quòd illarū advētus, nisi

nisi aurum tinniret, & crumena nummis refulgeret, debitori-
bus erat infelix, quamvis medium intervallum esset illis favo-
rabile *clariss. Dn. Arum. in tract. de mor. c. 4. n. 26. 27. 28. Bronch. cent. 2.
assert. 81. Robert.* Sententiam hanc crebriori D d. calculo receptā
eruditè defendit *lib. 2. sent. jud. c. 17.* Pro qua stabilienda aliquot
ponderosa fundamenta & rationes ex opulentissimo legum
sacrario depromtas in medium allaturi sumus. I. quia diei præ-
teritio vim interpellationis habet: seu (ut vulgò dicitur) dies
pro homine interpellat *l. evictis 18. in pr. ff. de usur. l. si fundum 114.
ff. de V. O. l. hominem 37. ff. mand. l. promissor 21. ff. de pecun. const. l. 2. C. de
jur. Emphyt. 2.* quia aliàs sapervacuum committeretur, quoniam
debitorem ex obligationis natura non latet, se certo tempore
ad solvendum obstrictum, quod ipse memoria sua tenere, nec
ab aliis sibi manifestari poscere debet *d. l. magnam. 3.* quia id a-
ctum videtur, ut qui ad diem, quo interposito, falleret, statim in
pœnam & usuras incideret *l. trajectitia ff. de O. & A. 4.* Mora
purgatur post diem, quo res solvi debuit *l. si duo 16. §. fin. & l. sed
et si alia ff. de constit. pecun.* At per consequens moram commissam
esse luce meridiana clarius apparet. Privatio n. [juxta tritum
illud Logicorum axioma] naturæ necessitate præsupponit ha-
bitum *l. decem 116. ff. de V. O. l. Titio ususfructus in pr. 96. ff. de condit.
& demonstr. c. ex transmissa 6. X. de for. comp. Gail. lib. 1. obs. 21. n. 5.* Qua-
propter debitorem meditari oportet diem adventare, & tacito
gressu festinare. *Diss. Petr. Grangian. in parad. jur. civil. p. 7. c. 1. existi-
mans,* diem pro homine, nisi pœna sit apposta, non interpella-
re. A qua sententia etiam deviarunt veteres Galli, qui credide-
runt, etiam in obligatione facta ad diem necessariam esse iuter-
pellationem: responderunt a. contrariis pœnam deberi à con-
sensu, non a. à mora, inducti hoc argumento, quòd nunquam
pœna sine consensu à mora debeatur. Sed mirum, quid sibi vo-
luerint? Etenim debitor interpellatus pœnam solvit propter
moram, cum per interpellationem in mora constituatur *d. l.
trajectitia vers. de illo sane ff. de O. & A.* Ergo etsi saltem per diem
sit interpellatus, mora contrahitur, ac pœna propter moram
debetur.

debetur. Nam lex vigilat pro creditore vel domino, ut patet
ex l. cum verò 26. §. apparet ff. de fidei comm. libert.

I I X.

Hic quæstio, extra dubitationis aleam
neutiquam posita, moveri potest, An in
mora ex persona satis sit, si debitor unica
interpellatione pulsetur?

Nodosus est articulus. Nam quidam negant ut Cost, ad l.
mora §. & non ff. de usur. Coras. lib. 2. misc. c. 6. Francis, Triginus Doctor
antiquus Pisanus. Emil. Ferret. n. 26. de mor. quorum sententia ut
nova, ita à vero aliena; iccirco & eorum fundamenta non mul-
tum negotii facessunt. Quidam in affirmantium subsellia
transeunt, ut Menoch. d. cas. 220. n. 29. Hotom. & alij, quorum vesti-
gia & hic premere nos jubent communis Dd. schola & usus fo-
rensis Menoch. d. in loco Goedd. c. 11. de contrah. stipulat. n. 66. & seqq.
Tessaur. decis. 212. n. 2. Duaren. ad §. coheredes 3. l. qui Romæ 122. ff. de V. O
Donell c. 4. de mor. Petr. Gregor. lib. 21. c. 14. n. 4. jur. univers. Qui omnes
& singuli unicam interpellationem sufficere firmiter astruunt,
& asseveranter affirmant, quorum & assertio tam legibus, quàm
rationibus innitur. 1. legibus. l. qui decem 72. ff. de solut. l. 23. d. l. 122. §.
Seia ff. de V. O. l. 87. §. 1. de legat. 2. l. 13. §. 1. ff. de novi oper. nunc. dl. 32. verb.
interpellatus, ubi glossa & Br. ff. de usur. Qui textus singuli utuntur
numero singulari, & interpellationem, non interpellationes,
exigunt. Simplex a. sermo de actu uno accipitur l. boves 89. §.
hoc sermone & ibi Tiraq. in comment. ad d. §. hoc sermone de V. S. Qua-
propter & nobis non licet hic legum pomœria excedere, 2. ra-
sionibus, ex quibus saltem duas depromemus & delibabimus. I.
in omni actione finis, cujus causa agimus, quò se dirigat, intro-
spici debet. Finis verò interpellationis est, ne incautus debitor
à creditore opprimatur l. 1. ubi ut sciat reus, utrum cedere, an
contendere ultrà debeat ff. de edend. Eum a. debitor potest asse-
qui unica interpellatione l. 5. ff. de reb. credit. Præstantiss. Dn. Arum.

C

c. 5. n.

l. 5. n. 16. de mor. Quia eum debitor prima creditoris admonitione, quæ facit justam & moræ suffecturam interpellationem, sciat, quid sibi sit faciendum, facile præcavere potest, ne in damna, ex mora provenientia, cadat. Nec sanè absurdum, cum debitor semel certior factus amplius non sit certificandus arg. l. 1. §. ult. ff. de action. emt. Et si interdum ex abundantia, ut loquitur Cujac. ad Affric. lib. 8. a. l. 27. ff. de usur. repetita sit interpellatio, tamen non omnia, ex facto contingentia, de jure necessaria esse sequitur, præsertim cum superflua non noceant l. testamen. um l. 7. C. de testam. arg. l. nō solent 94 ff. de R. J. Speculat. tit. Depos § 7. n. 7. Gail lib. 1. obs. 144. n. 3. & lib. 2. obs. 1 n. 2. Masc. concl. 1177. n. 10. & seq. Philipp. Matth. in l. 81 de R. J. n. 10. & seq. Etenim in consultationibus ab imperitis sæpe plurima recitantur, quæ non multum ad rem pertinent. 2. Si unica petitio afficiat creditorem, ne variare queat, & aliter petere l. pen. ff. de L. Commiss. Cur non ergo afficeret ab unde debitorem? Nec officit favorabilior debitorum præsumptio, qui jure notissimo favorabiliores esse creduntur: fatemur, sed non ibi in lege commissoria l. 2. ff. eod. Quod si etiam unica nunciatio vel minimi lapilli jactus verum dominum impediatur, vel ne in suo ædificare pergat, vel abstineat ab opere cœpto, donec caveat, vel nunciationis remissio fiat l. 1. §. quid sit vi ff. quod vi aut clam l. 1. l. nō solum 8. §. sciendum 4. ff. de oper. nov. nunc. Quanto minus excusabilis est debitor, si debitum non solvat, quod spontanea voluntate persolvere, seseq; ultrò offerre debuerat. Et certè aliquando debitor seipsum interpellare aut, cum incipiat usurarium debitum, usuras dare tenetur l. si pupilli 6. §. videamus 12. ff. de negot. gest. Quapropter nemo adeò frontem perfricabit, ut neget, unicam interpellationem, quæ debitorem potenter mone-re debeat, parem esse moræ perficiendæ. Nec quempiam turbet l. Titia Sejo 87. §. usuras ff. de legat. 2. Nam particula SEMEL non ad numerum moræ, sed ad numerum interpellationis referenda videtur. Quid? quis non ignorat; SEMEL interdum pro perfectè usurpari l. Celsus 23 ff. de recept. arbit. Unde libertates, quæ semel competierunt, non revocantur l. 4 § 2 ff. de fideic. libert. Nec aliquis captare debet verbum INTERPELLARI, ut ad plures petitiones referatur. sed lat est aliquando interpellari, inquit ingenue.

genuè Martianus d l. qui decem ff. de solut. l. illud ff. de peric. rei vend.
Quapropter petitio sola & unica infligit moram apertissimè.
Quamvis verò sæpius trina denunciatio fiat, ad nostrum ta-
men casum non rectè transfertur. Etenim solennitas alia per
legem præstituta est ob rei gravitatem; ut in l. 1. ff. de libell. dimiss.
l. 1. §. de inspiciendo ff. de vent. inspici. Forcat. p. 1. n. 13. de mor. Hortatur et-
iam l. si convenit 4. ff. de pign. action. Byns. ad §. contra n. 5. J. quib. alien.
lic. & ibi Schneid. n. 2. Coler. p. 3. c. 9. n. 99. de process. execut. Hotom. ad l. 4.
C. de dist. pign. Negus. in l. memb. 6. part. n. 2. Quippe ratio interdum
reiterandæ monitionis vel concedendi termini in eo est, ne fa-
cilè conqueri queat litigans se arcto nimis constringi spatio,
cùm res vergat ad sententiam. ut in Novell. 115. c. 2. Novell. 117. c. 15.
l. ad peremptorium ff. de judic. Quibus ita discussis, affirmativa opi-
nio, ut magis prægnantibus rationibus munita, dubia non est,
etsi frequentes Dd. secessiones eam dubiam reddunt. Doctores
a. quatenus textibus juris destituuntur, jurandi non sunt. Tho-
ming. decis. 38. n. 24. ut & communi opinioni non est inhæren-
dum, si reperiantur textus juris contradicentes, vel urgentiores
rationes propter l. 1. §. Sed neque multit. C. de vet. jur. enucl. Etenim
non ex multitudine autorū quid melius sit & æquius, est judicā-
dum, cùm aliquando unius deterioris assertio peritiores alios
veritatis sententia vincere possit. Zas. ad l. 2. §. post hunc n. 28. ff.
de origi. jur.

I X.

Serram contentionis trahunt Docto-
res. An expedita & plana mora ex persona
fieri possit extrajudicialiter?

Affirmativæ sententiæ subscribimus d l. mora de usur. Ja-
son ad l. vinum ff. de reb. credit. quæ desumpta est ex libris Minicii in
quibus controversissimas scholarum quæstiones tractatus fuis-
se docet Anton August 1. emendat 9. Corasius quidem lib. 2. c. 6. mlt. q.
extrajudicalem non sufficere contendit: Verùm illius, qui suis
rationibus multos Dd. ut Cæcis nubes, in tuam sententiam
pertrahere conatur, autoritate non obstante, contraria sen-
tia

C 2

tia

tia utpote verior obtinuit omnium ferè votis & suffragiis *Bart. Jas. in l. si ex legati 23 ff. de V. O. d. l. qui Romæ 122. §. coheredes 3. & ibi Duar. gloss. in d. l. vinum ff. de reb. credit. Costal. ad l. 17. ff. de constit. pecun. & ad l. 33. ff. de usur. Cuiac. ad l. 27. ff. de usur. in sent. Paul. lib. 3. in f. ac in tit. C. de usur. & fructib. leg. l. amplius ff. Rat. rem haber. Quid? Pro ea sententia stat etiam ipsa veritas. Nam si latens sive ficta interpellatio *l. magnam. C. de contrah. & commit. stip.* iudicium non requirit, multò minùs interpellatio ab homine facta iudicium exiget, nisi absonam & inconcinnam foveremus opinionem, fictionem potentiùs operari, quàm veritatem. Etenim hæc prævalet illi. *Vult. ad tit. Instit. de milit. test. p. 147.* Fictio quidem in casu ficto operatur id, quod veritas in casu vero arg. *l. 23. ff. de lib. & posth. l. 16. ff. de adopt. Wesenb. par. de acceptil. n. 5.* Magis ac magis autem veritas elucescet, si vocabuli [INTERPELLARE] naturam paupis per attingemus. Etenim interpellare est extra iudicium petere; licet pro judiciali conventionem, ut in *l. 23. ff. de iudic. nonnunquam sumatur. Briss. lib. 9. ff. de V. S.* Non taceo limitationem vel restrictionem, quâ nihil verius est in casibus illis, ubi iudicis decreto opus est, quò serpens, quæ in herbis latitat, avellatur, ut in *l. cum postulasset 44. ff. de damn. infect.* Nam cum domus tua meæ contigua, ruinamq; minitans corrui, mihiq; antequam prætor adiretur, damnum dedit, tunc vicinus, licet supervacua cautione privata oneratus, sed mihi vicino formiduloso non civiliter obligatus, ad damni emendationem nequaquam tenetur. Nam in hoc casu res controversa prætoriam desiderat cognitionem, quoniam privato imperio privatus parere non cogitur *l. non est singulis 176. ff. de R. J.* Quocirca mea culpa damnum passus sum, qui tardiùs experiri cæperim. Sed si apud prætorem postulatum esset, tunc ille, perspecta clade minace, pro sua religione providisset qui prudens vicinum aut iussisset cavere, aut de possessione deiecisset *l. si finita 15. §. ubi autem ff. de damn. inf.* Alius casus est in *l. lex quæ C. de administ. tut. Dn. Arum. c. 5. n. 15. de mor. Joann. And. in c. constitut. X. de in integr. restit.* Qua de re etiam extant plura Ruyni responsa. *Diss. Corass. d. n. loco.**

10. Cuius

X.

Cujus temporis æstimationem res perempta recipiat?

Qui articulus quippe est intricatus & D d. opinionibus huc atque illuc tractus. Quapropter & ego hîc ad exemplum Jurisconsult. *Celsi in l. si & me & Titium 32. ff. de reb. cred. & Ulpiani, quem Modestinus in l. 2. § fin. nobilem, in l. 4. in f. nobilissimum & l. 13. §. 2. ferme in f. ff. de excusat.* Coriphæum legum prudentum nominat, subsisterem, & de hac spinosa materia deliberarem. Ne a. nos simus planè ἀσύμβολοι, hæc interim apponimus conclusiones: Aut intra contrahentes de loco vel tempore nihil conventum, & res mutuò data æstimaretur, cum iudicium acciperetur *Donell. ad l. vinum ff. de reb. credit.* aut intra eos pactum, quo tempore ista redderetur, & tanti, quanti fuisset eodie, quo dari debuisset, lis æstimanda esset *l. ult. ff. de condiction. Tritic. d l. vinum 22. & ibi Ulpianus purissimi & sublimis ingenii ff. de Obligat. Wesenb. in par. de condict. Trit. Dissent. Hotom. in epit. de condict. Trit. n 8. Castren. ad l. 3. d t. Sin res certa debeatur, tempus condemnationis spectetur, quando ista adhuc extat *l. penult. ff. de condict. Trit. Donell. ad l 3 d t. & ibi Wesenb. in par. n. 2. Dissent. Br. & Costal. in d l. vinum 22.* Si verò in rebus humanis esse desierit, tempus mortis perpenditur *Donell. ad d l. 3. n. 16. Dissent. Treutl. vol. 1. disp. 20. th. 13* nisi ante condemnationem vel mortis tempus res debita facta sit deterior, quia tunc æstimatio ad tempus moræ reducitur *d l. pen. ff. de condict. Trit. Pac. in quest. 72. opp. 2. & Donell. ad d l. 3. n. 14. & seqq. Dissent. Hotom. in epit. de condict. Trit.**

XI.

Pulcrum & elegans dubium: An mora rei principalis fidejussori obsit?

In hac multum agitata quæstione auxiliatur nobis responsum

C 3

sponsum

Sponsum sive reconditum, ob singularem difficultatem nobilitatum Africanūq; dignum prorsus in *l. centum Capuae* 8. ff. de eo, quod cert. loco dar. oport. ad quod tanquam ad aram confugimus, quoq; clypei loco utimur, ne ab opinionibus incertis, ut Orpheus Vates à Mænadibus parū sanis, diripiamur. Semper n. tutius est certam habere regulam, quam in iudicando sequi possimus, quā incerto jure vagari, & vacillantibus hominum opinionibus causam decernendam relinquere. Et eleganter Cassiodor. i. Variar ep. 5. Quæ dabitur discordantibus pax (inquit) si nec legitimis sententiis acquiescitur? Dicimus ergo moram principalis, fidejussori nocere quoad perpetuandam obligationem *d. l. centum capuae l. mora* 88. *l. si servum* 91. §. nunc videamus 4. ff. de V. O. *l. si quis* 24. ff. de usur. non v. augendam *d. l. si quis* 24. §. 1. de usur. *l. si à colono* 58. §. 1. ff. de fidejuss. Et hoc est illud, quod instar vulgaris dīverbiū à gravissimis I C. jactatur: obligationem post moram commissam perpetuari *d. l. si ex legati* 23. *d. l. si servum* 91. §. sequitur & *l. nemo* 82. ff. de V. O. *d. l. si ususfructus* 6. ff. de usufr. legat. *l. cum servus* 39. §. 1. ff. de legat. 1. *d. l. quod te* 5. ff. de reb. credit. Nec dimovemur ab hac sententia per *l. fin.* ff. de fidejuss. Quamvis n. rectissimè concedamus, moram rei principalis nocere fidejussori, exinde tamen propter moram rei principalis obligationem fidejussoriam augeri non consequens erit. Utrumque n. rectè dictum & veram credimus, quod subjecto exemplo ostendi potest, ut: Si quis promiserit Stichum, & dederit fidejussorem, atque reus principalis non solverit, posteaq; Stichus fati munus adimpleverit, non solum reus principalis, sed & fidejussor ad Stichi æstimationem tenetur propter moram rei principalis, licet fidejussor nullam moram commiserit. Qua ratione mora rei principalis fidejussori obest, non tamen propter eam fidejussoris obligatio augetur, sed tantum ille ad Stichi, etsi moram non contraxerit, æstimationem tenetur. Ratio est, quia Stichus in obligationem erat deductus, pro quo & fidem suam interposuit. Nunc ita confirmati minus horremus *l. quare* 54. ff. Locat. ubi fidejussor

for conductionis non modò pro pensione, verùm etiam pro
ejus accessionibus tenetur. Quid tum? In dicto n. casu fide-
jussor in omnem causam se applicuit, & fidem suam adstrinxit:
æquum ergo videtur, ipsum q. q. agnoscere onus usurarum,
quoniam in bonæ fidei contractu fidejussor acceptus, etiam si
expressè non in omnem causam, sed ex verosi mili vel menie
vel circumstantia illud appareat, facillè in omnem causam ob-
ligari potest, & usuras, quæ non tam ex obligatione profiscan-
tur, quàm ex officio judicis applicentur, præstare tenetur *dl.*
§ 4. Loc. l. 32. §. 2. ff. de usur. Sed stipulatio ex natura, quæ cum
stricta sit, nihil præter dictum comprehendere potest. Et si in
ea bona fides rectissimè requiritur *l. 4. C. de O. & A.* Sed diversi-
mode, adeò ut in b. f. contractibus bona fides sit fundamentum,
non item in stricti juris. Hinc simplex promissio ultra simpli-
cem obligationem præsentem comprehendere quicquam non
debet *l. 99. de V. O. l. Rutilia 69. ff. de contrah. emt.* Quapropter
si illius obligatio durat, non moræ; sed fidejussoris facilitati &
consensui, qui obligationi accessit, imputetur *dl. quæro. l. initio*
§. C. de patt. int. emt. & vend. l. si postea 10. ff. Rem pupill. salv. for.
Petr. Grang. in parad. jur. civ. c. 28. Dissent. D d. communiter secund.
Coras. lib. 2. misc. c. 12. & Costal. ad d. l. centum capua, à quibus tamen
dissent. Hippolyt. de Mars. in tractat. de fidejuss. n. 91. Quorum
omnium rationibus non obstantibus, firmiter nostra stat con-
clusio: Moram vid. rei principalis fidejussori non nocere, ni-
si hic se in omnem obligationis causam obstrinxerit *dl. quæro*
Loc. vel nisi ex sua ipsius mora conventus sit l. 8 ff. de eo, quod cert. loc. dar.
*oport. propter perpetuam æquitatis regulam: Mora sua cui-
bet est nociva c. mora sua 25. de R. J. in 6. l. in condemnatione 173 §.*
unicuique ibi Dec. Cagn. & alij ff. de R. J. d. l. mora 88 in pr. & l. 49. de
V. O. l. mora 32 ff. de usur. l. si quis sur. 33. §. legis C. de inoffic. testam. c. culpa

d R. 7. in 6. Etenim nemo alterius facto sine odio pręgravari
debet. Ezech. 18. Deut. 24. & 4. Reg. 14. c. quęsivit 2. de his, quę
fiunt à major. part. c. 2. de constit. c. conquerente 7. de restit. Spoliat.
c. sine culpa 23. c. non debet 11. ubi Dyn. de R. 7. in 6. c. inventum 16.
quęst. 7. l. sancimus 22. C. de pœn. l. crimen 26. ff. eod. d l. si quis suo 33. S.
legis C. de inoffic. testam. l. fin. ff. de S C. Silan. l. si quis 2. S. fratris 1. ff.
si quis aliq. test. prob. l. de pupillo 5. S. si pluriùm 5. ff. de nov. oper.
nunc. l. 1. ff. de alien. jud. inut. caus. fact. Wesenb. consil. 6.
num. 151. libr. 1. Sisto nunc, hasce quęstiones vestris

candidis rectisq; judiciis modeste submitto,

& unde incepti, cum TRISAGIO

N U M I N E

F I N I O.

F I N I S.




ULB Halle
005 132 614

3



1017





B.I.G.

Farbkarte #13

iniculante NUMINE

VISIONES

ENTES, 1618, 2

AS

creto Magnifici
Academiae Salanae,

SIDE

CO ARUMÆO

lico, & Scabinatus Jenen-
fessore, nec non Prorectore,
re summo observan-
colendo.

o
summo gradu & honore
discutiendas proposuit ad
Junij.

ragen Dresdensis.

s, quam sobria modestaq;
n eam demersam esse aje-
i potest.

Æ 20.

nes Weidner.

M. DC. XVIII.

39.

